



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De dignitate religiosæ vocationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

De dignitate Religioſa vocationis. III.

I. Deus vocando te ad Religionem
ad maximam euexit in hac vita
dignitatem. 1. E tenebris Ægyptiacis *Exod. 14.*
mundi huius transferendo in terram
Gessen , in admirabile lumen suum.
2. E seruitute mundi , peccati & dia- *Rom. 8.*
boli te vindicando in libertatem filio-
rum Dei. 3. E terra & stercore eri- *Psal. 112.*
gendo , & inter principes populi sui
collocando ; è sterquilinio,cœno,in-
ferno,in solium,paradisum,cœlum e-
uchendo. 4. Ex seruo rurali efficien-
do te aulicum intimum , ex vila man-
cipio , filium , ex subditō perduelli ,
consortem regni , ex alienigena fratre,
imò spiritualem matrem Christi.

D. Bern:
Serm. 61.
in Cant.

Matt. 12.

En quanta fecit Dominus animæ
tuæ , & quidem gratis ! Ecquas pro
tanta gratia referes gratias ? qualem
tanto amori tui,tanto zelo te exaltan-
di rependes amorem , zelumque glo-
riam eius vicissim promouendi ? Gra-
titudo, amor, zelus gloriæ Dei.

II. Filius Dei per eandem gratiam
vocationis paratus est te in extremo
die iudicij asciscere in assestorem
suum, ut in communī illa trepidatione



omnium iudicandotū inter Apostoli-
ce perfectionis sectatores, non tanquā
iudica adus in humili loco cū tremore
assisbas, sed tanquam simul iudicatu-
rus in sublimi throno secum cōsideas,
iuxta illud eiusdem promissum: *Amen*

Matt. 19:

dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia,
& secuti es̄ me, in regeneratione, cum se-
derit Filius hominis in sede Majestatis sua,
sedebitis & vos super sedes, iudicantes duo
decim tribus Irael. quod de omnibus
amore Christi omnia relinquenteribus,
iuxta D. Hieronymum, Vener Bedam
aliosque PP. intelligendum. Gratiitu-
do, zelus gratiæ vocationis constan-
ter cooperandi in studio eximiæ per-
fectionis.

LII. In cœlo similiter paratus est te
per eandem gratiam vocationis eue-
here ad insignem gloriæ sublimitatem,
quam poteris promereris, si tantæ gra-
tiæ strenuè volueris cooperari, per ac-
curatam votorum & regularum obser-
uationem, per continuam mortifica-
tionem, intimamq; cum Deo fami-
liaritatem: quis pōr̄d sublimitatem
gloriæ illius dignè æstimabit? Si de
minimi Sancti minima gloria verè di-
ctum est illud ab Isaia: *Oculus non vi-
dit Deus absque te, qua preparasti expectan-
tiae*

Isa. 64.

Pars tertia.

301

si te. qualis erit illa gloria preparata
liberto, coheredi, affessori, fratri, ma-
tri spirituali Christi, tantis tot annorum
meritis, per tot heroicis virtutum a-
ctus, per tot illustres de carne, mundo,
& diabolo reportatas victorias accu-
mulatis respondens?

Qualem zelum eximiae perfectio-
nis, iuxta gratiam vocationis in se ali-
isque promouendae, vel sola huius re-
cordatio merito deberet excitare? Af-
fectus ijdem magis intendendi.

De utilitate religiosa vocationis.

VI.

I. Deus per gratiam vocationis te,
quantumuis immerentem, pre
totalijs partim preseruauit, partim li-
berauit a tot malis spiritualibus, qui-
bus abundat mundus totus in ma-
ligno positus, uti sunt: 1. Peccata pe-
nitinnumera, prava exempla, mundi
blandimenta, carnis illecebrae. 2. Mis-
erabilis seruitus mundi, seu concupis-
centiarum, opum, voluptatum, hono-
rum. 3. Pericula æternæ damnationis,
ob difficultatem ex tot laqueis se ex-
tricandi.

Agnosce ergo, suscipe, & venerare
hanc infinitam Dei erga te benigni-
tatem,